



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

24. Aprilis. 8. Cal. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

*mare dulciter, amare prudenter, a-* Chri-  
*mare fortiter. Dulciter; ne illecti:* ftus qui  
*prudenter; ne decepti: fortiter; ne op-* aman-  
*pressi, ab amore Domini avertamur.* dus.



24. Aprilis. 8. Cal. Maij.

**B** HONORATE, Clarævallis Con. *Floruit*  
 verſe: qui devotionem in precibus *circa*  
 ita miſcebas labori, ut gratum DEO *annum*  
 ſacrificium utrobique offerres. Quod *1185.*  
 tibi jam ſeni indicare dignatus eſt Ser-  
 vator humani generis, in eo corporis  
 habitu tibi apparens, in quo videri vo-  
 luit, dum ſalutem noſtram olim *ope- Chriſti,*  
 ratus eſt in medio terræ. Quem cum *sibi ap-*  
 ſupplex venerareris; ſacroſanctâ tuâ *parētis*  
 dexterâ te benedicens, bono eſſe ani- *manū*  
 mo juſſit, utpote brevî ſecum in cœlo *oscula-*  
 regnaturum. Tu verò gaudij immenſi- *tur.*  
 tate abſorptus, in ſimplicitate cordis,  
 divinam manum apprehenſam, devo-  
 tiſſimis oſculis preſſiſti. *Apprehende e-*  
*tiam nunc dexteram illam ter benediſtam:*  
*reple animam meam benediſtione tam co-*  
*pioſa, quæ à me in æternum nunquam re-*  
*cedat.*

B. BRUNO, Archiepiſcope Colo- *Ob. año*  
 nienſis: qui cum poſt annuam mune- *1199.*  
 ris

ris administrationem comperisses, E-  
lectioni vitium irrepfisse; dum amici  
*Archi-* tui, & consanguinei, tunc planè mo-  
*episco-* lestè seduli, suffragijs per minas liber-  
*patu* tatem ademerant: ut insontem te pu-  
*relieto,* blicè testareres; posito in ara sacra ba-  
*fit mo-* culo Pastoralis, non honorem dunta-  
*nachus* xat, sed & mundum reliquisti. Atque  
ut tui intelligerent, te deinceps non il-  
lis, sed soli DEO victurum; pauperem  
Cisterciensium cucullam in monaste-  
rio Veteris Montis induisti. Ubi vitæ  
reliquum in magna sanctitate transe-  
gisti. *Nec sibi, nec alijs vivit, qui non Deo.*  
*Ah! quando igitur cessabit hæc mors mea,*  
*quando incipiet in me mori mundus, ut ego*  
*in Deo, & Deus in me vivat!*

S. BERNARDUS, ser. 20. in Cant.

Mortu- *Valde omnino mihi amandus est,*  
us est, *per quem sum, vivo, & sapio. Di-*  
qui nō *gnus planè est morte, qui tibi, Domi-*  
vivit *ne Jesu, recusat vivere, & mortuus*  
DEO. *est. Et qui tibi non sapit, desipit. Et*  
*qui curat esse, nisi propter*  
*te, pro nihilo est, &*  
*nihil est.*



25. Apri-